simo Sexcentesimo Quinquage-
simo Septimo.

Gorayski et Kozłowski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliensi Gnosi Josephus a Goray Gorayski ab una et Nicolaus Kozłowski ab altera partibus sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprys et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi et quidem Gnosus Kozłowski suo et Gnosae Marianna de Łodzinska Consortis suae nomine pro cuius ratihabitione Cavet ac se praesentibus inscribit nomine se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarys quibusvis habitis et habendis Una pars alteri ac posteris utriusq partis sibi mutuo et invicem inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes et praefatam Gnosam Kozłowska ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data Actis hic Premisliis die hesterna actis praesentem praecedenti confectam et conscriptam manibus propriys Contrahentium pro parte vero Consortis per manutentum subscriptam in omnibus et singulis Intercisis praefatis Conditionibus punctis Clausulis articulis radio ligamentisq ac nexibus

in Invisum

in Universum omnibus firmiter tenere Complere exequi
ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis
praefatis Interaccis Contentis tam in toto quam in qua-
cis minima parte toties quoties opus fuerit satisfa-
cere Interacisam praedictam ad Inscriptionem praesen
roboratoriam et Inscriptionem praesentem ad praedictam
Intercisam Ussum in toto referendo Idq sub vadio
Septem millium florenorum polon per partem parti aut
successoribus utriusq partis ob non Completionem omn
et singulorum Intercisis praefatis tam in toto quam in
parte Contentorum toties quoties opus fuerit ad sol-
uendum succumbens. Praeterea magnificus Recognoscens
Generosus Kozlowski debebit et tenebitur prout se ac
suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus ac summis pecuniarys quibusvis habitis
et habendis magnifico Generoso Josepho Gorayski et eius
successoribus inscribit et obligat praesentibus magnificam
Generosam Mariannam Zochrinska Consortem suam intra
decursum duodecim Septimanarum vel in eventu Mor-
tis successores eius ad approbandum per ipsi Inscri-
ptionem praesentem Roboratoriam vel similem suo pro
interesse faciendum ad Acta quaevis authentica Regni
vim perpetuitatis in se habentia adducere et per
sonaliter statuere ab eisq ut praemissa exequantur
efficere Idq sub alio simili et secundo vadio Septem
millium florenorum polon per eundem Generosum Kozlowski
Recognoscentem suie eius successores magnifico Generoso
Josepho Gorayski vel eius successoribus ob non sta
tutionem magnificae Consortis suae vel in eventu Mortis
successorum eius ad exequenda praemissa omnia pro

644 tempore et loco superius expressis ad solvendum succumberet Pro quo quidem radio de bracchys modo praemisso ad solvendum succumbat ac re aliquas contentis Interveniss praefatis omnibusque praemissis non completis complendis Citata ex nunc vero praefata pars inadimpleta praemissa tam in toto quam in parte non tenens vel eius posteri ad instantiam partis alterius ea omnia firmiter tenentis vel eius successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc recessu Sigillato quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere radium vel radia praefata lucre Inscriptioni praesenti satis facere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur Seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus Illum terminum praefixum peremptorium Et et alios omnes ex inde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate Pro maiori Minorennitate Successorum Legatione citra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Curiam vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem Coterea ultra primos officy praefati Castrensis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones protestationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia ponis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalys Juris Praescriptione Temporis Bello Conventioneque ac alys quibusvis Juris remedys et defensis non subterfugiendo

nec

nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti per-
sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante 645

Błazowski Filio suo Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren(sibus) Capitan(ealibus) Premislien(sibus) Generosus Georgius Błazow-
ski sanus mente et corpore existens a Terrestribus Ditibus
Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et
Competentibus recedendo Jurisdictioni vero Castren(si) Capi-
tan(eali) Premislien(si) Jurisdictioni quoad actum praesentem atti-
net se cum successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie inscribendo atque
subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse inhaerendo Literis Privilegij
Consensus Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognoscenti ad
cedendum super bona infrascripta gratiose collatis Ma-
nu Regia subscriptis et Sigillo Maioris Cancellariae
Regni Communitis de omni et integro Jure suo Advi-
talitio infrascripto quod sibi Recognoscenti super bona
infrascripta nempe totas et integras villas Dołhe et
Rzyczowka Sacrae Regiae Maiestatis in Palatinatu Russiae
Districtu Premislien(si) Consistentes servivit et se Recogno-
scentem debere concernit, tum tum de eisdem supra-
scriptis bonis villarum Dołhe et Rzyczowka Jure suo
Advitalitio subiectis necnon de quibusvis Juribus
super bona praefata sese extendentibus atque totaliter si aliqua
in bonis praefatis modo quovis est adiudicata cum omni
praemissorum Jure dominio et proprietate ac quavis

Competen